



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum**

**Tympe, Matthäus**

**[Köln], 1614**

12. Blasphemos dignis pœnis mactare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

in nos deriuandam toto orbe celeberrimam, ei loco depresso, obscuro, & in salubri sita esset, aucto per amplo vestibulo, cubiculis circum & infra scalis, porticibus, totoque ædificio à fundamentis exstructo, subsellijs pluteisque directis libris dispositis, in hunc editum, perlucidum, salubrem, magisque opportunum locum exultantibus picturis illustribus vndique ornauit liberalibusque doctrinis & publicæ studiorum vtilitati adcauit,

*Bibl. Alexandrina  
à ptolomæo  
Philadelpho 70.000  
luminum  
millibus  
ditata est.*

6. Cum Ioannem II. Episcopum Hildesheimensem in Bibliotheca sibi commonstraretur rogantem aulici & Canonici in armatum optime instructum deduxissent hisce libris Episcoporum contra hostes defendendum esse dictantibus, apogæ inquit talem Bibliothecam, nec viam meam instituto nec moribus cõgruentem, statimque relicto Episcopatu ad priuatam vitam rediit non multo post Augustæ Vindelicorum factus Episcopus, vbi inter libros, quibus Bibliotheca illa munifice instructa est, tranquille vixit.

## SIGNVM XII.

*Blasphemos dignis pœnis mactare.*

*ho. r. ad  
pop. Ant.*

*De pœnis  
blasph.  
V. Thantu  
vind. dio.*

**S**anct. Chrysostomus ad hoc hortatur etiam quemuis Christianum, cum inquit: *Si quem in publico in templo & foro Deum blasphemantem audieris accede, increpa & si verbera infligere oporteat, nec timere: ipsius faciem a lapa percute, conteres os ipsius percussione manum tuam sanctifica. Et si vlli accusaueris*

& si in carcerem traxerint, sequere, & si iudex penas  
 pro tribunali repositas, dic cum libertate quod An-  
 gelorum Regem blasphemavit si enim Regem terra blas-  
 phemantes punire oportet, multo magis Deum contume-  
 lia afficientes commune crimen est publica iniuria, cuius-  
 que volenti licet accusare. Discant & iudei & gentiles,  
 quod civitas saluatores sint Christiani, & curatores,  
 & praesides, & magistri, & discant dissoluti, & perversi  
 quod Dei seruis ipsos timere oporteat & si quis tale lo-  
 qui aliquando eligant sese vndique circumspiciant, ac um-  
 bras timeant anxiantes ne forte Christianus audiens  
 influat & vehementius puniat. Non audisti quid Ioan-  
 nes fecerit? Tyrannum vidit hominem nuptiarum leges  
 subuertentem & cum fiducia in medio fori dicit: Non li-  
 cet tibi habere uxorem Philippi fratris tui. Ego autem non  
 ad tyrannum te duxi, neque ad iudicem, neque pro nuptiis  
 temerarius, neque pro seruis contumelia affectus, sed pro  
 favore in Deum aequaliter castigare deposui, &c. Et: is  
 qui talia etiam illud fodere, non pro reatibus suis tunc  
 accusabatur, integrum enim depositum reddidit  
 sed quoniam ipsum non multiplicauit, quoniam  
 non castigauit ceteros, quoniam argentum ad nu-  
 mularios non detulit, non increpuit, non corre-  
 xit proximos peccatores inordinatos, idcirco abs-  
 que misericordia in illas intolerabiles penas mit-  
 tebatur.

Mar. 6.  
 Luc. 3.

## SIGNVM XIII.

Bona Ecclesiastica non alienare, nec consanguini-  
 nis & propinquis deferre.

**Q**uia res Ecclesiae ex propria natura alienari non  
 possunt cum humanae conuentioni nullatenus sub-  
 iiciantur.